40

1511. in Martio

Sigismundus I. Rex Poloniæ Joanni Golawinski, Jacobo Rosnowski Capitaneis Marienburgensibus:

Edocuimus Vos paulò ante per Joannem Balinski Notarium Nrum̃ de modo in ista Arce Vestræ Fidei commissa vivendi, et de rebus alijs necessarijs. Vrum̃ est voluntati Nræ parere. Scripsistis nobis permissuri necne sitis Officiali Pomeranien Visitationem facere hoc tempore in Insulis Nris. Licet id commendabile esset, ut errata ac vitia emendarentur, Tamen hac tempestate sub hac rerum novatione ex parte Cruciferorum non censemus, ut Visitationem istam admittatis donec aliud à nobis habueritis in mandatis.